1. Io. Pauli Muzoli
2. Caesaris Ottinelli Duca 1674
3. Michaelis Angeli Fardella 1694
4. Iosephi Ghislerii 1597.
5. Ioannis Cottunii tres (sed una tantum extat) 1638.
6 Petri Andreae Canonherii 1605
7 Francisci Ubaldi 1609.
8 Andreae a S. Quirico 1610.
9 Io. Camilli Zaccagnii 1614.
10 Nicolai Adiunctii 1627
11 Paganini Gaudentii 1633.
12 Iosephi Carpani 1635.
13. Iacobi Accaridii 1635
14 Stephani Spinulae 1650
15 M. Antonii Ribolij 1670
16 Pauli Manfredi 1693.
17. Francisci Grisendi 1696

IO: PAVLI MVZOLI PHILOSOPHI BONONIENSIS,

ATQ; IN CELEBERRIMO TICINENSI GYMNASIO Philoſophiam primo loco profitentis.

1593

34-6-C.13

SERMO

Habitus in ingreſſu ſuarum Scholarum.

AD

ILLVSTRISS.um ET EXCELL.

D. IACOBVM RICARDVM

Excellentiſs. Mediolanenſis Senatus Præſidem integerrimum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TICINI,

ILLVSTRISSIMO
ET EXCEL.mo DOMINO
D. IACOBO RICARDO
EXCELLENTISSIMI MEDIOLANEN. SENATVS

Præſidi integerrimo Patrono Colendiſsimo.

IO: PAVLVS Muzolus. F.

EX quo ad profitendum publicè in celeberrimo Ticinenſi Gymnaſio Philoſophiam ſum accerſitus, non poſſum ad aliud fermè, quàm ad cõmodum, atq; ad vtilitatem huius ſpectatiſsimæ ſcholæ animum appellere; Nec ore ſolùm, verùm & calamo id mihi præſtandum eſſe exiſtimo, præſertim cum huic prouinciæ aliquid promulgandi me ſpontè deuouerim; quapropter (licet ſperem fore vt voti non pœniteat) hanc in lucem edere prælectionẽ decreui, quã ſub auſpicatiſsimo nomine tuo, Illuſtriſsime Præſes, idcircò apparere volui, vt ſit veluti ſolutionis huius voluntarij

de (quod nequaquam mentiõ prætermittendum
duco) quòd & Tibi alio quodam nomine debentur hæ laborum meorum primitiæ, quippe qui Muzolum Philoſophum ad talem promouendo Cathedram, non mediocriter clarum reddidiſti; quamobrem & hæc, & longe maiora me tibi debere agnoſco, ac profiteor. Vale, vir ſapiētiſsime, meq; tibi addictiſsimum amplecti, ac pro tua humanitate fauoribus aliquando proſequi ne graueris rogo, & obſecro. Sic Deus Opt. Max. omnibus tuis faueat votis, teq; diù ſoſpitē, atq; incolumē huic Excellentiſs. Senatui ſeruet.

Ticini viij. Kal. Decembris. CIↃ. IↃ. XCIII.

IO: PAVLI MVZOLI BONONIENSIS PHILOSOPHI,

Habita in almo Ticinenſi Gymnaſio.

AB huius inferioris mundi elementis (per Illuſt. atq; integerrime Prætor, voſq; cæteri omni bonorum genere cumulati, vel cumulandi Auditores) ab huius, inquam, inferioris mundi elementis ad ſupernas Angelorum ſedes, dum alis intellectus geminis aduolarem, & ab hoc corporeo mundo, Catena iam ſublimior factus Homerica, dum ad intellectilem, in primiſq; ad angelicum mundum pertraherer, præſenti anno, die nunquàm non memoranda, Ductori Michaeli veſtro dicata; Dum hæc, inquam, impenſius meditarer, vt, ſcilicet, pro viribus ſoluendo eſſem, properante iam ad frugis maturitatem debito eo, quod cum Bononia patria mea, per ſex, & viginti annos, Academiæ gratia, contraxeram; En per litteras Amici intimi, incipientes (Bonum Nuntium) vocor ad ſtabiliendum verbo contractum, cuius gratia huc me contuli, ad locandam vobis Magnæ Ticinenſis Academiæ ingenia Magna, operam meam, qualis, qualis ea futura ſit; Quamobrem cum eximio illo Medicinæ Gymnaſiarcha, Coſteo, euangelici ſcriptoris nomine non immeritò (vt potè qui in arte ſua quodammodo euangelicè ſcribat, & doceat) inſignito, fuit hæc oretenus, & Chirographo tandem ſtipulatio arctiſſimo fidei vinculo adſtringenda; Quò, quò me vertam, fauſtum omninò nuncium, quod allatum eſſe intellexerim, efficit, vt pro re nuper nunciata, ipſe quidem, qui diem vobis felicem, & fortunatã precor, annunciem ſimul veterem, & ſeram quandam gratulationem, quæ reprehendi non ſoleat. Deo, & Naturæ gratias agendo, Thales, Socrates, & Plato, tribus potiſſimum, ſi minus eiſdem, ſaltem finitimis, & cognatis gloriabantur, & gratulabantur; Tribus ego quoq; vobis gratulor (Generoſi, Chriſti Milites, Ticinenſes viri) vobis gratulor, quod Mente

Principe Inuictiſſimo, apprime Catholico; vobis demum gratulor, quod bonarum diſciplinarum ſtudio ardentes, habeatis & dogmata, & qui veſtra ſecundent vota, Gymnaſij Moderatores, prudentiſſimos, ſapientiſſimos; Et ſi quænam meæ ſint hic futuræ partes, fortè perquirat quiſpiam veſtrûm, adſum, & preſentis negotiationis rationem (vtinam gratum ſic proferam nuncium) redditurus; Creator ineffabilis, qui mihi Angelum cuſtodem, Arcangelum Ducem, ingreſſum inſtruas, progreßum dirigas, egreßum compleas; occaſione autem ab ipſa mente arrepta, quam διάνοιαν, *tanquam proprio carentes vocabulo nuncupabimus, ſic exordiar;* Διάνοια, *Mens humana, immortalis quis dubitat? (& ſi quis dubitans de fide infidelis, quod neutiquàm rear, adſit, abſit, hinc abeat, aut obmuteſcam) quæ non molitur? quæ non aßequitur? quodnam imperium, præterquam præpotentis Dei Creatoris ſui non refugit? non recuſat? in imis, ſumma eſt, in medijs, non mediocris, in ſupremis, diuina; & de poſtremis dignitate, de imis ſcilicet, vt primus habeatur ſermo, nònne hæc ciuitates ſtruit? has deſtruit? Montes æquat? planities ad alta erigit cacumina? hæc, metallica effodit, Alphæum emulatur, atq; (vt inquit Thales) velociſſima, quæ diſcurrit per omnia, terras ociſſimè peragrat, maria tranſnatat, volucrum pennas Icaro fœlicior aſſumit; ſi ad ignem cœleſtem, vel ſub cœli concauo diſperſum, ſe eueheret vnquam, dum hoc corporis ergaſtulo intercluditur, non eßet profectò cur Promethco inuideret; Hanc ab orbe, qui ſub Luna eſt, ad cœlum vſq; empireum ſe attollentem, qui oculis non reſpicit corporeis, ſaltem eadem ipſa mentis acie ſuſpiciat: Artes architectonicas, artes famulantes, ac ſubiectas architectonicis, hæc adinuenit, expolit, conficit, perficit, eas diſtinguit, vſum monſtrat, proprias vnicuiq; homini, ac peculiares diſtribuit; & (quod mirabile eſt) nullo in ſæculo, nulla fermè in prouincia ars vna vnquam extincta eſt, vel ſaltem, (quod ipſi pariter dignæq; acceptum referre debemus) vti dicebat Arabs noſter fœlix cauſarum indagator) ſi non eſt in hac quarta mundi, eſt in ea quarta mundi; ſemper viguerunt, ſemper floruerunt Artes, ſemper* διάνοια. *(licet Diana Virgo) eas peperit; innumeras ſemper, atque admirandas fabricata eſt, prouida parens, machinas, ad victum, ad vſum, ad ornatum, ad ſinceras etiam eliciendas voluptates, ſine quibus, vel vix hic*

[illegible]
5 omni animi conatu contendere, quando in eo, quod ſpontè deligunt, ſuam omnes ineſſe perfectionem arbitrentur; nihil ſanè de Philoſophiæ præſtantia mihi hic adijciendum puto, quandoquidem Philoſophus [illegible]tis amator, amplificationumq́; oſor, quas ὑπερβολὰς, Græci vocant, non fucis, non lenocinijs, nec vllis etiam eloquentiæ calamiſtris, orationem decenter comptam reddentibus, debet alios ad ſe allicere, ſed veluti in theatro conſtitutus, omnium oculis omnia quo præcisè modo ſe habent, ſubijcere; nam, quod ſpectat ad animos ſapientiæ ſtudio inflammandos, ſapientia ipſa, vel minima quadam ſcintilla ex lapide noſtro eruta, facile eſt vt ignem in immentum augeat; loquar verbis protritis, leui fit negotio, vt ignis creſcat in multiplicata analogia; poſtquam ergò ab imis ad media conuertimur, poſthabitis philoſophiæ laudibus, hæc auribus, atque animis veſtris conſentientia proferamus. Dianœa ipſa, eadem eſt, quæ in medijs, ſeu in mediocritate non mediocris, virtutes tùm ethicas, tùm heroicas, mediocritate partas, immenſa alit ambroſia; Nam ſi ad poſſidentem reſpicias, vel agit, vel patitur hic virtutem habens, agit autem præclaras ἐνεργείας fortitudine, patitur, dolorem & voluptatem percipiens, cum mediocritate, ratione quidem corporis, ob temperantiam, ratione animi, in vſualibus, ob liberalitatē, magnificentiam, in honorificis, ob animi magnitudinem, atque modeſtiam, ob conuerſationem quotidianam, tùm in ſerijs, tùm in ludicris, vnde vrbanitas, integritas; adeſt & in perturbationibus verecundia, eſt & clementia, & quædam huius generis alia; ſin autem ad alios, quibus cum verſamur διάνοια, ſe conuertat, proportione quadam, vt dicunt, geometrica magis, quàm arithmetica, indignos plectit, dignos amplectitur, ita vt, & ijs, qui luunt, & ijs, qui honorantur, inſignis illius virtutis ope, virtutum omnium Reginæ, quod ſuum eſt vnicuique tribuatur, iuſtitia hæc eſt, circa quam, circa particularem magis, quàm vniuerſalem verſatur iuriſprudentia, noſtræ germen philoſophiæ; ὦ διάνοια, quænam tu de virtutibus modò relatis, de alijs itidem ſanctioribus, (quas venerando ſilentio prætereo, ſicut earū ſectatores, & veneror, & piè colo) quænam, inquam, Tu non moliris? quæ non aſſequeris? quòd ſi exemplis licet aliquando philoſophiam prouocare; Non ne Mutium Scæuolam fortiſſimum legimus, Romæ prodeuntem, eius obſeſſorem inuadendi gratia, cuius ſpecie, ac ſimilitudine decetem, [illegible] non eum, quem voluerat Porſenam Ethruſco[illegible]

quiq; non veritus eſt ibi conſtans., atq; intrepidus permanere, donec unà cum ponte à tergo, à commilitonibus conuulſo, atque interciſo, in Tyberim decideret; De Temperantia in memoriam reuocate, ſtudioſa iuuentus, (certi quod luxuriari utcunque nec philoſophum decet, nec chriſtianum) diuinum veſtrum Platonem à delicatoribus epulis, atque ab opiparis conuiuijs ſe quàm libentiſſimè abſtinuiſſe; De Socrate autem quid referam? quem omnes deberemus tanquàm præceptorem communem deligere? eo quidem temperantiæ habitu tranquilliſſimam, ac tutiſſimam vitam peragebat, ut nulli fermè aduerſæ ualetudini, quoad vixerit, ſubiaceret; vixit autem, vſq; dum Cicuta ſceleratiſſima è viuentium libro deletus fuerit ſeptuagenarius: Oratio nunquam exitum habitura eſſet, ſi per ea vagari nobis ſtatuerimus, in quibus iuſſum erat Platonis, vt quieſceret Philoſophus, tanquàm in contermino ſuæ, ac oratoriæ profeſſionis conſtitutus, quando ſcilicet à ſummis generibus ad imas vſq; ſpecies deſcenderet; Nunquam exitum habitura eßet, ſi virtutes ſingulas percurrere, ſi per omnes progredi prouincias voluerimus. Quid de prouincijs? vna vrbs, vnicum Ticinum me diem, ac fortè menſem diſtineret, in recenſendis claris Ticinenſium geſtis, me adſtrictis labijs, ſuſpenſiſq; ſupercilijs diù, multumque cohiberet, admirantem quot, & quos in litteris, & armis progreſſus fecerit, quot, qualéſue homines integros, fortes, Clementes, Magnanimos, Sanctos, ſummos demum habuerit, atq; habeat; Hyſtoricos in primis inſignes genuit, quibus duplici nomine tenetur, tùm quod Patriæ famam, & gloriam, ob ſummam eruditionem, adauxerunt, tùm quod ipſimet ciues facinora ciuium Illuſtria, eiuſdemq; ciuitatis encomia, poſteritati, monimentis ſuis conſignarunt; Philoſophos inſuper, Iureconſultos, Medicos, Duces, Equites, Poetas, ac Pictores nobiliſſimos produxit, etiam pontifices, nec non innocentiſſimos viros, qui pro Chriſti fide mori non dubitarunt, in quibus omnibus, longè lateque patet quomodo διάνοια. de qua vſque ab initio ſuſceptus ſermo eſt, ſit, vt in imis ſumma, ideſt in artibus, ita in medijs, hoc eſt in virtute mediocritate acquiſita non mediocris; In ſupremis etiam nec minimùm pollet, ob cōtemplatricem noſtram, Artium, ac virtutum productricem, & conſeruatricem philoſophiam, qua in philoſophia dies, bonaſquè horas cum ſimus conſumpturi, perpauca admodum hic præfari libet, ſi prius tamen à Papienſibus celebratis ad Papiam celebrem me

nium es generum frugum, & ſapidorum fructuum locuples; vnde, non for tuitò; Mediolani uiridarium nuncuparis; In hac nobili ciuitate, præter ſacras ædes diuini cultus maieſtate fulgentes, præter cætera magnificentiſſima ædificia, quot, Dij boni, iuuenum candidatorum ergò collegia erecta conſpiciuntur? nec graueris obſecro, Pie Quinte, Maxime Pontifex, de Antiſtite nunc ut loquar. Tibi obſequentisſimo, nā quod uni datur, alteri non demitur; Tu quidem auctoritate eum longè ſuperaſti, at verò magnificentia ille tecū, ac pietate quodam modo contendere viſus eſt; In hac ergò nobili ciuitate, præ cæteris ædificijs mirabili, ac diuina propemodum arte constructis, vidiſſe mihi nuper contigit (qua animi letitia?) iuuenum virtutis deſiderio æstuantium, domicilium illud, ornamentum quidem venerandæ, ac piæ memoriæ Cardinalis Borromei ſenioris, iunioris autem (quem ipſe à ſenili vſque adoleſcentia ſua mihi probè perſpecta ſemper admiratus ſum, & colui) inclitæ virtutis, ac fælicisſimæ indolis Illuſtre teſtimonium, domicilium ſanè bonarum artium, ac optimarum ſcientiarum intemeratum Aſylum; Cæterùm & hæc, & alia maxima commendatione digna, tametſi non parui momenti, pauci tamen, & floccifacienda ſunt, præ gratia, Tibi, ò vrbs celeberrima, Cælitus delata, quam licet innumeris cum locis, vrbibus, prouincijs, & cum nouo, penè dixerim, Mundo habeas communem, magis tamen æſtimanda eſt, quàm aliud quidpiam bonum, peculiare, magnum, optabile, (quid plura?) Tu nanque ſub acerrimo Catholicæ fidei propugnatore, ſub PHILIPPO Rege CAROLI Quinti filio, Religioſiſſimo, ac fæliciſſimo otio fruere; In ocio id negotium, quod CAROLVS Magnus primus huius nominis Imperator, publicum inſtituendo Gymnaſium, multis antè ſæculis tibi conceſſerat (Gymnaſium, quod CAROLVS Quartus inſtaurando, atq; inſigni Priuilegio exornando olim adauxerat) CAROLI Quinti filius in dies magis, ac magis illuſtrat, fælicibusque auſpicijs fortunatiſſimum reddit; Senatus inſuper excellentiſſimus (vt ad extremam congratulationem iam tandem deſcendam) qui Mediolani habenas Academiæ moderatur, quid non cogitat? quid non efficit? vbi in præſtantiſſimum hoc Gymnaſium deducit oculos? intuitumque defigit? Dum ego in hos intueor Excellentiſſimos Senatores, clariſſima totius terrarum orbis lumina, videre quadamtenus videor, ratione Gymnaſiorum, Bononienſes illos meos valdè generoſos, qui & ipſi (tantorum

pterea, & Coſteum (vt noſtræ profeſſioni recordatione aliquantulum recreer) quorum alter Medicinæ, alter philoſophiæ coryphæus eſt, ſtipendijs, quibus potuerunt maioribus honoratiores, atquè idcircò ad opus alacriores reddidere: Sic ergò & patriæ aliquantiſper meæ, Auditores, gratulari me, poſſe animaduertebam, dùm vobis, ob tria gratulabar, viris omni bonorum genere à Dianæa manantium decoratis, in fertili, ac fælici ciuitate, ſub Principe religioſiſſimo, inuictiſſimo Chriſtiani agonis coronam poſcentibus; vberes Ticinenſis Gymnaſij fructus fœliciter excerpentibus: De gratulatione ſatis. Quod ad meam modò attinet perſonam in philoſophorum Ticinenſium Album adſcriptam, habeo, quo, & doleam, & ſoler; Doleo, quòd humeros tāto oneri pares habere poſſe diffidam, cuperem enim hodie Hercules, aut Atlas euadere; In dolore vnum hoc eſt ſolatium, quod ſi quis alius ſtudio, ac diligentia, & ſumma ope niti contenderit, vt ſuo fungatur munere, Ego certè is ſim, qui neque calcaribus, neque præcurſore indigeam, & illi magno Mediolanenſi Senatui, & huic vniuerſæ ſcholæ fidem meam, ex animo, polliceor, ac defero; præſertim cum de re neutiquam contemnenda agatur, agitur enim de ſumma rerum, ſplendidiſſima ingenia; nam Dianæa in noſtra contemplatrice philoſophia, tanquam in ſupremis verſando, vti dicebam prius, diuina fit, diuina fit; Eſt deductio, qualis in Deo perpetua, in nobis paruo tempore optima, dum ſcilicet hic militantes, & quodammodo exulantes, Beatitudinis vmbrā, vel imaginem, per eam quam Nicolaus de Cuſa Card. doctam ignorantiā vocat, nanciſcimur, ſolida cuius, & expreſſa luce, ibi, videlicet in patriæ triumpho perfectè ſcientes tandem aliquando perfruemur. Contemplatrix hæc philoſophia (Iuuenes quos video in lyceo inambulantes, vt cum Seuerino Boetio id ipſum hic ſcribente, vbi veneranda eius oſſa quieſcunt, ſolatium aliquod capiamus) repræſentat Mulierem Reuerendi admodum vultus, oculis ardentibus, & vltrà communem hominum valentiam perſpicacibus, colore viuido, atque inexhauſti uigoris; ſic oculos, ſic illa genas, ſic ora ferebat? Nunc quidem (ò, admiranda magnitudinis uarietas, atque in uarietate ſtabilitas) ad communem ſeſe hominum menſuram cohibet, (en phiſiologiam) nunc verò pulſare cœlum ſummi uerticis cacumine uiſa eſt, (en Mathematicarum Reginam Aſtrologiam) nunc demùm caput altius extollens ipſum etiam cœlum peruadere adeò valet, (en Theologiam) ut ſeſe reſpicientium hominum fruſtretur in-

leſcentes optimi, aſſeclæ, atque hoſpites Ariſtotelis, qui veſtem manibus innocens pertractat, & quos alij panniculos arripuerunt, recuperare, eamque totis viribus reſarcire contendit; Noſtrum erit munus, alma Iuuentus, veſtem huiuſmodi nitidam, pretioſis ſplendentem Margaritis, veſtem iam iam quaſi Ariſtotelicam redditam, vobis, Philoſophiæ intuitu, ob oculos ponere; Quod ſi quibus aliquando lituris, aut fracturis ſcatuerit, paruis, vel magnis, noſtrum erit ſuere, tueri, ac decenter emendare; Neque enim in Ariſtotelis, neque in ſectatorum Ariſtotelis verba pertinaciter iurandum eſſe cenſuimus, licet Ariſtotelem pro maiori, & meliori parte Ducem, licet Commilitones, eius primarios explanatores Græcos, Arabes, Scholaſticos Latinos, & alios etiam, nobis eſſe velimus: Quod mihi præſtandum propono, vobiſq; polliceor, idipſum peregerunt Prædeceſſores noſtri, Prandæ Pori, Lucilli Philalthei, Ferrarij, Caſſonij, Ruidæ, Butij, viri, memoria etiam noſtra, profitentes; Sed vbi nam Conciues meos relinquo, Bononienſes duos? Tiberium Bacilerium, alterum, qui & hic, & Patauij accuratiſſimè legit, acutiſſimè diſputauit? Alterum, Balthaſarem Gambarinum præceptorem, à quo prima Logices, & Philoſophiæ rudimenta habui, huc antequàm ſe conferret, dum Philoſophabatur in patria; Hic eloquentia mira, incredibili iudicio, Philoſophica, (Bononiæ, Peruſij, Ticini decus) vſque adeò promulgauit, vt omnes ab vno ſuo penderent ore. O Gambarine præceptor, ò, & præſidium, dulce decus meum, ſi cum hic profitebaris, me Tibi fore ſucceſſorem diuinaſſes, quo paterno dilectionis affectu, Tui ſtudioſiſſimum adhortatus fuiſſes, monuiſſeſque ne de orbita deflecteret? Tui certè memoria, quod optimè noſti, nobis iucundiſſima eſt, „ Inque tuis nunc (iuxta id Lucretij),

„ Fixa pedum pono preſſis veſtigia ſignis,

„ Non ita certandi cupidus, quàm propter amorem,

„ Quo te imitari, aueo; Imitando inculpatam, atque integram, pro viribus, vitam traducere, Hos fidei meæ creditos, Ticini bonis redundantes, Imperio ſummi Principis religioſiſſimo fortunatos, litterarum ocio à Moderatoribus vigilantiſſimis ſibi conceſſo perfruentes, ad Ima, ad Media, ad Summa comparanda, adiuuare. Dixi ad laudem, & gloriam Dei, Deiparæque virginis Aduocatæ noſtræ; Tibi autem (Perilluſtris, Integerrime Prætor) vobiſque Cæteris, qui me audiuiſtis, cuiuſq; ordinis,